

100
IACOBVS CONTARENVS
D U X XLVII.

*Electus die 6. Septembris. Anno 1273. Cornu posuit
die 5. Martii. obiit die 6. Aprilis. Anno 1280.*

ELOGIVM VETVSTVM.

Fis Iustinopolis Venetorum subdita regnis.

XLVII.



Heupolo Iacobus Cõtarenus ex Procuratore D. Marci octuagenarius subrogatur, Dominici Contareni olim Venetorum Principis recta propago, quum inter Bellum & Pacem nutaret Sæculum. Iustinopolis specioso libertatis titulo, Veneto ejecto Præto re in obsequium declinaverat Patriarchæ Aquileiensis, qui imperii avidus adversus Andream Bafejum urbem repetentem armatus accurrerat. Sed quia bellum facilius geritur quàm fœlicius, primo certamine in fugam actus hoc unum profuit; quod nostram geminavit victoriam. In Anconitanos etiam jam lata de

Por-